

Summation

Columbus promises rich returns for the aid he has received from the monarchs and says that the future will hold greater ones still. He gives thanks to the monarchs and to Christ, and he suggests that celebrations are in order.

Denique, ut nostri discessus et celeris reversionis
 compendium ac emolumentum brevibus astringam, hoc
 polliceor: me nostris Regibus invictissimis parvo eorum
 fultum auxilio tantum auri daturum, quantum eis fuerit
 5 opus, tantum vero aromatum, bombicis, masticis (quae
 apud Chium dumtaxat invenitur) tantumque ligni,
 aloes, tantum servorum idolatrarum, quantum eorum
 Maiestas voluerit exigere, item reubarbarum et alia
 aromatum genera, quae hi, quos in dicta arce reliqui, iam
 10 invenisse atque inventuros existimo, quandoquidem ego
 nullibi magis sum moratus, nisi quantum me coegerunt
 venti, praeterquam in villa Nativitatis, dum arcem condere
 et tuta omnia esse providi. Quae etsi maxima et inaudita
 sunt, multo tamen maiora forent, si naves mihi, ut ratio
 15 exigit, subvenissent.

Verum multum ac mirabile hoc nec nostris meritis
 correspondens, sed sanctae Christianae fidei nostrorumque
 Regum pietati ac religioni, quia, quod humanus consequi
 non poterat intellectus, id humanis concessit divinus. Solet
 20 enim Deus servos suos, quique sua praecepta diligunt
 etiam in impossibilibus exaudire, ut nobis in praesentia

VOCABULARY

astring•o –ere astrinxi astrictum to condense, summarize, grasp,
tie up

Chi•us –i n island of Chios

ex•igo –igere –egi –actum to finish, pass, demand, require

ful•us –a –um *adj* supported, propped up

mast•ix –icis f dried resin of a tree, used as chewing gum

Nativit•as –atis f Nativity (when capitalized references the birth of
Jesus Christ), birth

nullibi *adv* nowhere

opus est there is need

pie•tas –tatis f devotion

subven•io –ere subveni subventum to come to help, assist

NEOLOGISMS

alo•e –es f aloe plant

bomb•ix –icis m/f cotton

reubarbar•um –i n rhubarb



© Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
www.BOLCHAZY.com

©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. this sample was created
for Texas Proclamation 2017 adoption preview not for distribution.
This document will expire May 31, 2017.

contigit, qui ea consecuti sumus, quae hactenus mortalium vires minime attigerant. Nam si harum insularum quicquam aliqui scripserunt aut locuti sunt, omnes per
 25 ambages et coniecturas, nemo se eas vidisse asserit, unde prope videbatur fabula. Igitur Rex et Regina, principes ac eorum regna felicissima, cunctaeque aliae Christianorum provinciae Salvatori domino nostro Iesu Christo agamus gratias, qui tanta nos victoria munereque donavit.

30 Celebrentur processiones, peragantur solemnia sacra [festaque fronde velentur delubra]. Exultet Christus in terris, quemadmodum in coelis exultat, cum tot populorum perditas ante hac animas salvatum iri praevidet. Laetemur et nos tum propter exaltationem nostrae fidei, tum propter
 35 rerum temporalium incrementa, quorum non solum Hispania, sed universa Christianitas est futura particeps.

Haec ut gesta sunt, sic breviter enarrata. Vale.

Ulisbone, pridie Idus Martii.

Christoforus Colom, Oceanicae classis Praefectus.

VOCABULARY

ambag•es –is *f* vagueness, ambiguity

att ing•o –ere attigi attactum to reach, touch

exult•o (1) to exult, rejoice

Ulisbone a variation of the Latin *Olisipo*, today's Lisbon